Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

ut manifestetur illis. Oculi mei
semper ad dominum: quoniam ipse educet
de laqueo pedes meos. Respice
in me et miserere mei: quia unicus
et pauper sum ego. Tribulationes
cordis mei multiplicate sunt: de
necessitatibus meis eripe me. Vide
humilitatem meam et laborem me
um: et dimitte universa delicta me
a. Respice inimicos meos quoniam mul
tiplicati sunt: et odio iniquo odi
erunt me. Custodi animam meam:
et eripe me: non erubescam quoniam
speravi in te. Innocentes et recti
adhesserunt mihi: quia sustinui te.
Liberet deus israhel: ex omnibus
tribulationibus suis. Psalmus dauid. xxiv

Iudica me domine quoniam ego in
innocentia mea ingressus sum:
in domino sperans non infirma
bor. Proba me domine et tempta
me: ure renes meos et cor meum.
Quoniam misericordia tua ante oculos
meos est: et complacui in veritate
tua. Non sedi cum concilio va
nitatis: et cum iniqua gerentibus
non introibo. Odivi ecclesiam
malignantium: et cum impiis non
sedebo. Lavabo inter innocentes
manus meas: et circumdabo al
tare tuum domine. Ut audiam
vocem laudis tue: et enarrem omnia
mirabilia tua. Domine di
lexi decorem domus tue: et locum
habitationis gloriae tue. Ne perdas
cum impiis deus animam meam:
et cum viris sanguinum vitam meam.
In quorum manibus iniquita
tes sunt: dextera eorum repleta
est muneribus. Ego autem in
innocentia mea ingressus sum:
redime me et miserere mei. Pes
meus stetit in directo: in ecclesiis
benedicam te domine. Gloria p.

Feria secunda Invitatorium

Venite exultemus domino. Venite.

Omnipotentem refectis artibus spiritu
alibi simpliciter nobis praeter ja
cientibus adesse te deposcimus. Ut e
linguis piorum concinat te mentis ar
dor ambiat et actum sequentium tu se
sis exordium. Cedant tenebre lumi
ne nox diurna iuden ut culpa qui nor
mulit luxus labescat munere. Pera
mur idem supplices noxas ut omnis am
putes et te te canentium laudemus imp
petui. Oratio per ipsum. A. Dominus.